PRIVILEGIVM CÆSAREVM,

Cum facultate R. P. M. Provincialis FF. Minorum Capucinorum Provinciæ Colonienſis.

EGO infraſcriptus Fratrum Minorum Capucinorum Provinciæ Colonienſis Miniſter Provincialis, juxta privilegium officio meo conceſſum, quo Typographis omnibus & Bibliopolis prohibetur, ne libros ab ejuſdem Ordinis noſtri Patribus compoſitos, aut deinceps componendos, abſque Superiorum permiſſione imprimant, aut diſtrahant, Concedo Domino Joanni Wilhelmo Frieſſem Civi & Bibliopolæ Colonienſi facultatem imprimendi librum, cui titulus *Georgia Georgiana poſthuma*, ſive Geiſtlicher Newer Ackerbaw/in duabus partibus continentem centum Conciones in omnes Dominicas & Feſta totius anni, quondam à multum Reverendo Patre *Georgio Duſſeldorpienſe*, Ordinis noſtri Prædicatore, & tertium Miniſtro Provinciali compoſitas, & populo Chriſtiano prædicatas, nunc autem à Patribus Conventûs Colonienſis ſtudioſè reviſas, & authoritate Admodum Reverendi Patris Bernardini ab Aretio, totius Ordinis noſtri Miniſtri Generalis legitimè cenſuratas & approbatas, ac præfato Typographo Jus uſurpandi Privilegium Cæſareum Anno 1674. 7. Maii Ordini noſtro conceſſum eatenùs indulgeo, ut eo invito nemo librum hunc recudere, aut alibi impreſſum intra fines Sacri Romani Imperii, vel in hæreditarias Sacræ Cæſareæ Majeſtatis Provincias importare, aut venum exponere præſumat, prout hæc omnia latiùs in ipſo Originali continentur. In cujus rei fidem has literas manu meâ ſubſcriptas, & conſueto Officii mei Sigillo munitas dabam Coloniæ Agrippinæ in Conventu noſtro Fratrum Minorum Capucinorum 15. Novembr. 1695.

(L. S.)

Fr. ALBINVS KERVENTZ
Miniſter Provincialis ind.

Am

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf